

tundos, planos, coloribus albos, pullos, flauos, fuluos, spadiceos & nigros, vt depingi nullo modo possint: tamen hosce duos lapides, ob singularem quandam granditatem & formam adijcere volui. Alter & maior quidem (vt deinceps in descriptione lapidum vesicæ dicetur) è dextro rene laudatissimi & pientissimi principis Friderici tertij, Saxonix electoris, aperto post obitum eius cadauere, excisus fuit. Alterum cuiusdam pauperis, pannicularij vxorem viginti annos natam, Misena excreuisse constat, post innumera medicamenta, tanta difficultate, vt in discrimen vitæ veniret. Equidem similes dolores, quod fateor, ante non vidi. nam sex totos dies cruciatus enitendo perpeffa fuit adeo fauos, vt ei crus dextrum stupore penitus rigesceret, & denigraretur, donec lapidem peperisset magnitudine, forma atque colore amygdalæ ita similem, vt amygdalis permixtus ab ijs-